



Catalogus disert.

1. Jo. Aug. Ernesti

1. de fide historica.
2. de difficultatibus Novi T. recte inter-pretandi.
3. de templo Herodis M.
4. de vanitate philosophantium etc.
5. de vestigiis lingua hebraica in lingua graeca.
6. de theologia historica & dogmatica coniungenda necessitate.
7. de libertate iudicandi in causa religionis.
8. de doni linguarum natura ad illustr. 1 Cor. XIII.
9. de avaxεφαλαυβει coelestium et ter-
restrium ad Ep. I. 10.

2. D. J. S. Romler

10. de liberali doctoris S. I. provincia
11. de J. P. Franer
11. de quo Christus imago dei inveniibilis, ad 2 Cor. III. 4. 1 Cor. I. 12. Hebr. I. 3.
12. spiritus apostolorum Jesu & magister agunt mandant ad Joh. XVI. 8-11
13. de quo Christus, quam in sententiam ois, et dici legislator novus potest.

3. J. H. Heibitz

14. de iis qui primitias spiritus acceperunt ad Rom. VIII. 27.
15. explicatio capituli Ab. Paul. ep. ad Rom. ad Rom. var. Baumgarten.
16. de vixque rē ab hominib; in sua vita non obtinenda.
17. obs. ad illustrationem M. T. ex pro-
fuit

4. J. G. G. G. G. G.

18. de vero usu atque abusu rationis hu-
manae in rebus divinis.

7. D. Gott. Leib.

19. de doni linguarum indole
20. de filio hominis
21. sententia iudeorum de messia &
de loro epus regno.
8. Franc. Volkmar Reinhard
22. utrum ad aedificium de miraculis requi-
ratur inivisa naturae accurata cognitio
9. G. M. S. M. M. M. M.
23. de amen liturgico.
24. iudicium de nonnullis dubitationibus
contra rel. Christ.

10. J. Benj. Koppe

25. quid sit & auctoritas quo scripturae et qui
et interpretor 2 The. II. 2-10.

11. J. L. C. Loeber

26. vindicta iudicia divina in morte trauis
ad Act. I. 1-11.

12. F. Andr. Stroth.

27. de vera lexione 1 Joh. II. 3.

13. D. C. G. Pittmann

28. de quo deus in servator in ev. Joannis de
monstratur.

14. D. C. G. Robert.

29. causa belli formaliter adorsur lana-
nari gerit. Tacunt multa

15. C. D. Beck.

30. specimen historiae bibliothecarum alexon.
donarum.

16. C. L. Gerling

31. doctrina de summa atque altera de se
Christi divinitate.

Jouann.
N. 129.
2.

17
SPECIMEN
OBSERVATIONVM
QV ARVNDAM

AD
ILLVSTRATIONEM N. T.
EX PROFANIS
P E R T I N E N T I V M

Q V O
VIRO MAGNIFICO
SVMME REVERENDO, EXCELLENTISSIMO
DOCTISSIMO

SIGISMVND O IACOBO
BAVMGARTEN


S. S. THEOLOGIAE DOCTORI, PROF. PVBLICO
ORDINARIO, SEMINARII THEOLOG. DIRECTORI
ALVMNORVM REG. EPHORO, SOCIET. SCIENTIARVM
BEROLINENSIS SOCIO

PRAECEPTORI AC PATRONO
AETERNVM VENERANDO

N A T A L E M D I E M
DEVOTISSIME GRATVLATVR

I. D. HEILMAN.

D. XIII. MARTII M DCC XXXXVIII.



HALAE, LITTERIS GEBAVERIANIS.

STICMEN
OBERVATTONVM
QVAVVDA
AD
ILVSTRATIONEM N. T.
EXACTAM
P. T. I. N. E. T. V. M.
V. I. O. M. G. N. I. C. O.
SYMM. S. V. E. R. E. P. T. O. E. X. C. E. L. L. E. N. S. I. S. I. M. O.
D. O. C. T. I. S. S. I. M. O.
S. I. G. I. S. M. A. N. D. O. J. A. C. O. B. O.
D. A. V. I. D. G. A. R. T. L. I. N.
S. & T. H. E. O. L. O. G. I. C. A. L. D. O. C. T. O. R. I. I. R. O. F. P. A. B. I. C. O.
O. R. D. I. N. A. R. I. O. S. T. A. T. I. S. T. I. C. O. R. O. D. I. S. T. O. R. I.
A. N. N. O. D. I. C. I. O. S. T. A. T. I. S. T. I. C. O. R. O. D. I. S. T. O. R. I.
I. N. T. E. R. P. R. E. T. A. T. I. O. N. E. S.
I. N. T. E. R. P. R. E. T. A. T. I. O. N. E. S.
N. A. T. A. L. I. A. M. D. I. S. T. I. N.
D. E. T. E. R. M. I. N. A. T. I. O. N. E. S.
I. N. T. E. R. P. R. E. T. A. T. I. O. N. E. S.
D. O. C. T. O. R. I. I. R. O. F. P. A. B. I. C. O.
N. A. T. A. L. I. A. M. D. I. S. T. I. N.

VIR MAGNIFICE
SVMME REVERENDE
PRAECEPTOR AC FAVOR
OMNI PIETATIS CVLTV
PROSEQVENDE!



*n communi omnium gaudio et laeto gra-
tulantium strepitu tacere, et religio
mibi esset maxima, et singularis, qua
TE merito veneror, pietas non pateretur, me istum
diem, quem optimus quisque sibi exoptatissimum habet,*

X 3

sine

sine vlla deuotissimi TIBI animi mei declaratione
transmittere. Quum enim illi omnes doctorem TE
suspiciant grauissimum; mihi etiam Patroni nomine san-
ctum TVVM numen est, de quo tot tantisque bene-
ficiis mereri voluisti, quanta nec expectare animum vn-
quam induxeram, nec vlla remuneratione aequare potero.
Patere igitur, VIR MAGNIFICE, ut faustis-
simum hunc diem, qui nobis tam insignia bona peperit,
et felicibus auspiciis iterum illuxit, piissimis votis pro-
sequamur. Suscipe serena ista, qua omnes TIBI de-
uincis, fronte hoc pietatis meae monumentum, quod,
cum sentiam quam leue sit atque exiguum, pretium
omne a maximo TVO nomine et animo
quo offertur TIBI deuotissimo
expectat.



§. I.

Non exiguum animum meum subire dubitationem fateor, qua fronte quantulamcunque hanc scripturam grauibus viris probaturus vel a durioribus iudiciis liberaturus sim. Non rei ipsius dignitas minus, quam occupata iam a doctissimis viris, *Cel. Mofhemio* in primis illius tractatio affectum istum fouere vel augere etiam non immerito videatur, ac veniam mihi polliceri difficiliorem. Quam tamen si expectare mihi aliquam saltem fas fuerit, tum ea forte non indignus omnino videbor, si, quod periculum ingenii facere sustinui, non vt alios magnopere docerem, multo minus magnis istis viris plus sapere viderer, a me institutum fuisse profitear. Notaveram inter operam, quam intelligendis noui foederis oraculis lubenter infumo, non pauca, in quorum illustratione plusculum indultum fuisse ingenio ab interpretibus existimabam, maxime quando mutuata a profanis auctoribus suppellectile ad ea accesserant. Inquirenti igitur, quam potissimum ratione caueri posset abusus huius subsidii hermeneutici, hae obseruationes natae sunt, mihi aliisque mei ordinis ac loci non omnino forte contemnendae.

§. II.

Insigne illud est scriptorum noui foederis commodum, quo monumenta ante salutem partam conscripta longe superat, quod sermo, quo vsi fuerunt sacri scriptores, non solis istis limicibus sit circumscriptus, ac quod nec aliorum eadem aetate viventium libros nobis inuiderit temporis vetustas. Ignorari non potest ab iis, qui vel ali- quod in linguarum sacrarum intelligentia studium posuerunt, plerasque in eo tricas ex inopia hebraeorum codicum praeter sacrum, ortum sumum trahere, quando vocum dictionumue rarius obuiarum causa agitur. Sola hic paene sibi relinquatur hebraeorum oraculorum auctoritas, nec fere aliunde auxilia nisi a se ipsa et cognatis linguis petere potest. Benignius utique graecis noui foederis fontibus operam nauaturis fidus affluit, cum tanta librorum et eodem sermone conscriptorum et ad ipsarum rerum intelligentiam viam aperientium moles ad nos peruenerit, vt reliquorum, qui iniuria temporum perierunt, innumerorum licet, iacturam facile aequo animo ferre possimus.

§. III.

Antiqua igitur ea doctorum hominum, qui de explicandis sacris literis mereri studuerunt sententia stetit, vt ex auctoribus profanis lucem illis saepe affundi posse non contemnendam existimauerint. Neque etiam defuerunt, qui exemplo suo et haud infelici successu probatam dederint istam vtilitatem. Primaevae iam Christianae ciuitatis doctores, quos patres vocant, cum ad genuinam sacri codicis veritatem generatim afferendam, quam ad illustrandas singulas eius partes gentilium scriptis vsi sunt. Non aeque tamen philologicis inhaerebant quaestionibus, atque ipsis dogmatibus, cum quibus profanorum sententias non raro comparabant, ad conuincendos facilius gentiles, si qua non admodum dissidentia inuenissent*). Neque enim temporum eorum ratio postulare id videbatur, quando inter Graecos ipsi nati non adeo hospites in graecis erant, vt de minutis istis anquirere anxius illos oportuerit, Latini autem plerumque non ita alte se graecarum literarum penetralibus abdebant. Labentibus postea aliquot a Christo nato seculis cum reliquarum scientiarum obfuscatione mirum quantum huic etiam studio derogari ab imperitis coeperit; cum Latinorum plerique vix fando aliquid de antiquis illis Graeciae luminibus audirent, tantum abest vt sermonem

*) Iis potissimum inter Patres haec methodus vsitata fuit, qui fidem Christianorum contra impudentes gentilium calumnias propugnarunt, vt Iustino Martyri, Tatiano, Clementi Alex. Tertulliano, Arnobio. Aliqui tamen eorum, vt Origenes in Philocalia sacra, Isidorus Pelusiota in Epistolis, Photius in quaestionibus ad Autolyceum *Φιλολογικηστρο* iam fuerunt.

monem, quo claruerant illi, calluerint: Graeci si linguae in deterius paulatim ruentis non prorsus ignari fuerunt, pauci tamen eorum supra vulgum sapuerunt. Sed tandem in melius iterum mutata rerum facie felicibus illis temporibus, quibus intermortua paene atque sepulta elegantiora studia denuo reuixerunt, veteribus etiam illis restituta est existimatio sua, scriptaque eorum eo diligentius doctorum manibus trita sunt, quo minus emortuae linguae noticiam haurire aliunde potuerunt. Quae ipsa aetas deinde et eorum ingeniorum largam segetem tulit, qui istis humanioribus literis exornati ad sacri codicis illustrationem se accingebant *). Qui tamen cum vario euentu rem egerint, re ipsa ostenderunt, quam caute in hoc negotio versandum sit, acerbam nonnullis eorum ab aliis doctrinae patronis accusationem sustinentibus.

§. IV.

Primum itaque omnium toti huic negotio iustum constituendum est pretium, atque vtraque via prospiciendum, ne vel nimium illi indulgeatur, vel ad ultima etiam ablegetur subsellia, atque abiectius leuiusque de eo sentiat quam par est. Dubium forsitan erit nemini, non ita arctis vinculis coniuncta esse haec exercitia cum sacrarum litterarum explicatione, vt haec, nisi illa accedant, omni careat successu, seu vt cum philosophis loquar, non ad essentiam probae exegeteos ea pertinere. Neque enim maxima ea nec dignissima sacri codicis pars est, quae hoc labore ad lucem accipiendam necessario indigeat. Adeoque facile aliquem non vanam praestare operam in eius exegeti posse apparet, etiam si his auxiliis non admodum liberaliter instructus sit. Multo minus admittendi illi sunt, qui neglectis reliquis ad interpretationem requisitis, solis illis diuites scripturae sacrae explicationem aggrediuntur. Ita potius de iis sentiendum, vt in auxilium nonnunquam, vbi reliquis remediis defuncti sumus, vocentur, quo explicata clarius illustrentur, narrata vberius deducantur, et difficiliora facilius intelligantur.

§. V.

Verum quo rectiore in reliquis tramite procedi queat, singula quae de vsu scriptorum gentilium in explicando sacro codice obseruanda videntur, ordine suo proponemus; atque ita quidem, vt de ipsis scriptoribus, quibus in decurrenda hac prouincia locus concedi potest, primo loco iudicium delibemus; deinde rebus, circa quas ista exercitia cum laude versari possint, fines suos designemus, et denique de iis, quae ad singula verba pertinent, pauca attingamus.

§. VI. Scri-

*) Cum tantus eorum numerus sit, vt integra ferme bibliotheca ex iis instaurari possit; eo facilius excusationem omissionis eorum operosae citationis impetrabimus, cum his, qui vti iis sciunt, non ignota dicturi essemus, alios ad *Jo. Alb. Fabricii* Bibliothecam graecam et *Rambachii* Institutiones Hermeneut. sacr. ablegare quaeamus, qui sat amplum eorum censum egerunt.

§. VI. Scriptores, qui hic in censum veniunt, omnes trifariam non incommode possunt distingui, pro diuersis, quibus occupati fuerunt, scripturae generibus. Alii scilicet rerum inter homines gestarum memoriam ad posteros propagarunt; alii quidquid diuinarum humanarumque rerum scientia comprehenditur, philosophicis scriptis persecuti sunt; alii denique ea quae ad politiores Musas referuntur carmine ac oratione complexi sunt. Cuilibet eorum, ad eum, quem diximus, vsum locum patere quamuis non aequali omnium aestimatione, facile omnibus apparere arbitror.

§. VII.

Primum eorum genus, quod historicorum est, non vno nomine commendandum, latius aliquanto aliis vsum suum disseminat in aperientis, quae ad cognitionem populorum, morum atque euentuum in sacris literis proditorum pertinent. Plurimum vtique interest interpretis, exactius nosse *) homines, quorum facta nonnulla in sacris literis narrantur. Haec enim plerumque faciem induunt toto coelo ab ea, quam primo aspectu prae se ferunt, diuersam, si fines ad quos actiones dirigere consuevit auctor earum, ex reliqua vira eius certa coniectura praecipere liceat. Interest interpretis, euentuum relatorum vberiore acquirere cognitionem; cum non raro alii cum aliis ita arte connexti sint, vt nisi de prioribus pluribus edocti in secutis non dubij haerere non possimus. Scilicet non eum sibi propositum habuerunt scopum sacri scriptores, vt de rebus omnibus suo aeuo gestis amplam atque accuratam relinquerent memoriam. Satis habuerunt, si tantum de iis attingerent, quantum in persequendis dignissimis suis narrationibus, praetermittere fas non erat. Confugiendum itaque ad eorum monumenta, quibus id praecipue consilii fuit, vt in narrantis quae cognitu digna erant toti essent, et ex illis sagaci vestigatione, quibus opus est, conquirenda. Quibus non immerito accensemus facta insolentiora, quae ad reprimendos eorum conatus, qui fidem ^{narrantium} sublestant accusant, cum similibus profanorum testimoniiis comparare atque absurditatis notam illis eximere possumus. In quo campo cum aliis doctis viris sparsim varia quae huc pertinent obseruantibus, praecipue desudauit doctissimus Anglus *Lardnerus* in *The Credibility of the Gospel history*.

§. VIII.

*) Luculentum huius asserti exemplum dabunt ea quae de *Herode M.* in *S. S.* relata accepimus, cuius facinora non incredibilia videbuntur ei, qui animum eius ad altissima quaeque aspirantem, neque ullam viam, qua adscendi ad ea poterat, detrectantem ex *Iosephi* aliorumque scriptis aestimauerit.

§. VIII.

De scriptorum ad hunc vñum commodorum virtutibus breviores esse possumus; cum eadem fere sint, quae de fide historicorum in genere praecipii solent. Vnum iis hoc loco addi meretur, tantum scilicet fidei iis habendae accedere, quantum cum sacris literis eis conveniat. Fieri enim nunquam potest, ut haec ex aliorum auctoritate immutari recte possint; contra cum apud nos, qui Christi sacris impuci sumus, immota stet ac diuina sacrorum librorum N. T. auctoritas: certissimo argumento laborans eorum fides declaratur, qui illis contradicunt. Itaque nemo sanus ea monstra, quae Tacitus *) ac eius similes de originibus *Judaeorum* prodiderunt, cum tabulis *Mosis* comparare aut ad illustrandas illas vsurpare sustinuerit. Ampliorem desideramus rerum ex profanis cognitionem, non omnino diuersam aut immutatam.

§. VIII.

Annumerandi sunt horum ordini historiae naturalis nec non Geographiae antiquae scriptores, sine quibus reliqua historia manca omnino est et bona sua parte defraudata. Illius quanquam non adeo frequens, non tamen omnino nulla in sacris literis ratio habenda est, cum hinc inde animalium, arborum, plantarum ac frugum nostris regionibus non admodum notarum mentio iniiciatur, aut comparationes ab iis petantur, quarum vim assequi nisi natura earum rerum cognita non possumus. Haec vero eo maius sibi momentum vendicat, quo crebriores ipsius summi hominum doctoris, Christi et discipulorum eius fuerunt profectioes, adeo vt terrarum nulla fere celebrior paulo pars extiterit, ad quam sanioris doctrinae vestigia non peruenerint. Caeterum non ea scriptorum huius generis moles est, quae difficilem reddat optionem; reliquis tamen *Strabonem* auctorem exactissimum anteferre eo minus dubitamus, quo studiosus plerasque quas nominat regiones ac gentes ipse oculis lustrauit, quo liberalius memorabilia multa de iis admiscet, et quo propior ad scriptorum sacrorum tempora aetas eius accedit, quam in *Augusti Tiberique* imperium incidisse plerisque persuasum est.

§. X.

Secundus scriptorum ordo philosophorum est; quo nomine eos omnes comprehendimus, qui de iis quae ad naturam Deorum, ad moderandam religionem, ad animi humani agnitionem correctionemque pertinent, praeceperunt, qui naturae secreta consilia et opera ad rationes suas examinarunt, vitamque et mores hominum ad virtutem et honestatem composuerunt. His omnibus singularis maiori ex parte locus in libris N. T. designari potest; et quemadmodum historicorum largissimus vsus in

*) Histor. lib. 5. initio.

quaternis historiae Christi atque apostolorum scriptoribus potissimum sese exferit, ita hi ad Epistolas, maxime eas, quae et *Paulum* auctorem agnoscunt et ad Christianos homines ex gentilibus factos scriptae fuerunt, referendi sunt. Neque tamen limites istos alterutrum excedere, piaculum fuerit: satis habemus, si uterque ad eas quas designauimus partes praecipuam applicationem patiatur. Illud autem manifestum erit ex paucis quas considerandas proponemus rationibus. Eo scilicet sermone vsi sunt atque iis verbis sacri scriptores, quae hominibus, cum quibus agebatur, non ignota essent neque inaudita. Excelsas etiam illas atque diuinas, quas docebant doctrinas ad sensum lectorum suorum tantum accommodatas reddiderunt, quantum rerum ipsa natura maxime pateretur. Praeterea non raro falsae hominum de cultu diuino aut morum compositione opiniones proponuntur, vituperantur ac confutantur, aut si qua saniora a viris auctoritate inter suos pollentibus dicta fuerunt, ad ducendos mollius lectorum animos ad ea prouocatur; dum, quantopere diuinae doctrinae cum bonae mentis ac rationis principiis conueniat, declaratur. Ex quibus clarum esse potest, quam non parca manu philosophi gentilium ea nobis subministrant, quae in explicandis libris diuinis in usum nostrum conuertere possumus.

§. XI.

Verum, vt hac utilitate integra fruamur, discrimen aliquod inter philosophorum veterum scripta constituendum est. Tantam sententiarum disensionem inter illos extitisse deprehendimus, vt eas annumerare fere difficile sit, quam non minus in officiorum praeceptis, quam in reliquis philosophiae partibus obseruare possumus. Enatae hinc plures Philosophorum sectae a praeceptoribus, qui scientiae existimatione reliquos anteuertant, aut locis celebrioribus qui doctrina eorum personuerant, cognominatae; atque harum aliae alias regiones ciuitatesque sin omnino occuparunt, primas tamen in iis tenuerunt. Superuacanea itaque non erit ea industria, qua locorum ac hominum, ad quos sacrorum auctorum oratio pertinuit, indolem et philosophiae cui se potissimum dederunt, genus curatius perstemus. Veri enim nequam simile est, illos huius diuersitatis rationem nullam habuisse; ex reliqua potius Apostolorum, *Pauli* in primis docendi prudentia, qua mirifica plane arte in sententias auditorum ingressus, animos sibi conciliauit, intelligi potest, in epistolis suis etiam ita scripsisse, vt cum innocentibus caeterum sententiis atque oratione quam maxime consentire videretur. Si damnaret quaedam, magis etiam necesse erat, vt haec ea essent, quae inter lectores tum peruulgata erant. Eadem igitur via incedendum erit interpreti, eorumque philosophorum doctrina ac sermo consulendus, quos in quaque regione floruisse ac plurimos inuenisse discipulos, de-

§. XII.

§. XII.

Poëtarum eo minus hic mentionem praeterire nos posse censemus, quo distinctius prae reliquis omnibus non vno loco a *Paulo* ipso allata eorum testimonia legimus. Nec sane infirmiori quam reliqui iure in hanc scholam sunt accersendi; siue eos spectes, qui monstrosas gentilium de Diis suis opiniones aut persecuti sunt aut vbique fere attigerunt siue hos qui licentiori acriorique stilo mores ac vitia hominum maxime vulgariter momorderunt. Immo satyrici poetae, quibus et Comici plerique annumerandi sunt, commentariorum nonnunquam instar ad ea loca adhiberi possunt, quibus vitia hominum suae aetatis perstrinxerunt viri sancti. Praeterea ritus caerimoniasque civiles pariter ac diuinas, exercitia publica, iudiciorum rationem, integrarum denique rerum publicarum ac ciuitatum statuta ac πολιτικῶν frequentius scriptis suis intersperferunt. Quae singula in scriptis Apostolorum, vbi vel iniqua eorum fata, accusationes et damnatae causae narrantur, vel superstitiosae lectorum opiniones et facta confutantur, vel dignissimae piorum occupationes cum istis corporis exercitiis comparantur, non leue explicationis momentum habent.

§. XIII.

Sed ne priora illa nimis leuiter degustasse videamur, curatius iam de rebus potioribus, quae istam alienam opem desiderant, disseremus, et quae istis adhibenda sit prudentia, ne luxurians nimium euagetur ingenium, dispiciemus. Primo vtiq; loco historiae, geographiae, chronologiae, et si qua eorum similia sunt momenta, huc referri debent. Verum cum ea omnia in singularibus disciplinis ad regulas suas exigantur, quibus si quis satis instructus fuerit, non facile etiam in applicatione earum ad S. S. ab iis deferretur, ea quae supra quoquo modo de iis diximus ad institutum nostrum sufficere posse arbitramur. Quare ad ea potissimum conuertemus animum quae circa singulas magis obseruationes versantur, atque ideo a scientiarum corpore quasi diuisa peccata facilius admittunt, quibus eo magis prouidendum quo procliuior ac magis trita ad ea via est.

§. XIII.

Atque inter illa primum occurrunt ritus consuetudinesque quarum in sacris literis mentio incitur. Tam cumulatae enim illae vbique attinguntur vt fieri non possit, quin plerorumque integer sensus ac vis verborum fugiat interpretem, qui in illis plane hospes est. Exempla abunde colligere licet ex iis locis vbi coenae, iudiciorum, religionis gentilium cet. mentio facta est. Sed in his faciliori forsitan negotio se expediuerit aliquis, quando manifesto indicantur, aut ipso fere adpectu patefescunt illi ritus: sit autem e contrario non raro, vt vni duntaxat verbo ad locution

cutioni talis sensus adhaereat, quo ad consuetudinem aliquam collimatur, quam tamen nisi aliunde cognitam prae se non ferunt. Primum genus cum apertum magis est et facilius expeditu, tum non adeo magnum peccandi locum concedit, ubi omnis labor eo ferme redit, ut ea de quibus in sacro textu paucis docti sumus, plenioribus quasi adhibitis commentariis, ex aliis illustremus, et de natura et causa earum certiores nos reddamus.

Alterum maioribus difficultatibus laborat, cum et obscurius saepe lateat, et quae omnium translationum natura est, operosius aliquanto ad tertium illud quod voluit auctor referatur. Ad eas enim homines habitus est facer sermo, qui istis rebus a primis annis familiares, facile omnia eo pertinentia intelligerent vel leuissime tacta. Quod ipsum, cum in causa fuerit, quo minus integros antiquorum libros habeamus, quibus populorum ac temporum suorum consuetudines persecuti sint, laboriosius nobis istud studium effecit. Praeter eos itaque quos serior aetas tulit, quibus antiquorum mores paulatim mutati nepotibus tamen non plane inauditi erant ideoque magis sedulo notati, varia ex veteribus colligenda et inter se comparanda inopiae huic subueniant, necesse est. Atque quoniam scriptores historiarum alienae gentis pleniorum morum consuetudinumque illius narrationem suis debuerunt, utpote in his non admodum versatis, illi hic inprimis erunt consulendi.

§. XV.

Verum ne omnem operam perdamus, primum omnium attente consideranda sunt verba quae explicanda aggredimur, ac videndum an vere quandam eiusmodi allusionem contineant. Vana illa opera est, qua ingenti labore, maiori ostentatione eam affingunt textui sacro, non inuentam illustrant nouitatis curiosi. Si plana sint omnia atque ex reliquis Hermeneuticae regulis explicari possint, facile caremus contorta ista interpretatione: quanquam: non desint exempla eorum interpretum qui ab hac ingenii illusionem non satis sibi cauerunt. Tantum autem abest ut anxia hac superstitione, qua tum demum interpretis munere egregie se defungi putant, cum omnia ex abditissimis eruditionis profanae thesauris eruerint, perspicua reddatur sententia, ut potius *crassioribus* tenebris inuoluatur. Exemplum huius asserti luculentum praebet *Paulinum* illud de induendo nouo homine monitum, quod mirum quantum argutiarum passum est; aliis illud ad ritus *Satiarum*, aliis ad Romanorum *Lupercalia* aliis denique ad eorundem *Saturnalia* referentibus, cum simplici metaphora ab induendis nouis vestibus ac decenti inde orto habitu explicari posse videatur.

§. XVI.

§. XVI.

Deinde merito de allusione ad ritum quandam dubitatur, si expediti non possit nisi ad consuetudines vel ab omni honestate remotas, vel idolorum infano cultui inferuientes confugiatur. Longe enim abest a veri specie, sanctissimos doctores istas spurcicias tangere voluisse in diuinarum disciplinarum tractatione; cum contra ex moribus eorum manifestum sit, quanta sollicitudine omnia ista vitauerint, quae offensionem esse *veo* *puris* et periculosa gentilibus cum Christi doctrina confusioni speciem quandam dare potuissent. Ne nominant quidem haec dedecora, nisi ubi ex detestentur, et ad illa extirpanda medicinam afferant. Aliter res se habet in historia sacra, ubi fieri non potest, quin inter ea, quae viderant Apostoli inter gentiles commorantes, etiam superstitiosi nonnulli ritus commemorentur: id quod ipsa historiae Apostolorum lectio confirmat.

§. XVII.

Præterea considerandi sunt homines gentesque, cum quibus præcipue egerunt viri sancti, prospiciendumque, ne ad consuetudines ab illis plane alienas deslectamus orationem. Habuisse eos utique huius diuersitatis in scribendo rationem, statim intelligitur ab eo, qui epistolam ad Hebraeos missam cum aliis a Paulo ad gentes scriptis comparauerit: nulla in illa vestigia rituum profanorum, in his frequentissima. Eadem sagacitate in ipsis auctoribus sacris distinguendis utendum, ne in iis inuenisse huius generis locutiones nobis videamur, quibus cognitae easdem fuisse vix suspicari licet. De Paulo manifestum est, graecarum literarum adeo eum non expertem fuisse, ut ipsissimas Graecorum sententias aliquoties retulerit, idemque ad ludos gymnicos et vniuersum armandi pugnandique modum Graecis vsitatum saepius ducit lectores. Quod cum de reliquis non ita certum sit, parcius utique in scriptis eorum arcessenda haec auxilia, si de Lucae historia Apostolica discesseris, quem in narrandis ad graecas gentes itineribus eiusmodi referre, necesse fuit.

§. XVIII.

Alterum, quod hoc capite complectemur, argumentum rerum dogmaticarum moraliumque, quas sacris litteris edocemur, ex profanis illustrationem concernit. Quod, si ex dignitate obiecti aestimemus, eo studioforem mereretur tractationem, quo grauiori damno maectantur ii, qui incautius illud aggressi plenam errorum messem inde retulerunt. Cuius rei infelix testis est primaeva christiana ciuitatis aetas innumeris opinionum monstris scatens, quae inconsideratae huic philosophiae

sophiae gentilium cum Christi doctrina coniunctioni originem debent. Testis est Valentinianorum, Marcionitarum, Hermogenianorum et tota Gnosticorum turba, qui ex Platoniorum scriptis potissimum errores suos hauserunt, vel potius illis imbuti in sacris litteris eosdem se inuenisse somnauerunt. Testis denique ipsorum Patrum non exiguus numerus, qui sese hoc torrente abripi nonnunquam passi sunt, manifesto argumento, quam periculosus sit huius subsidii abusus.

§. XVIII.

Ad triplex autem commode referri potest momentum, siue ad praecepta doctrinasque ipsas, siue ad nomina rerum moralium praecipua, seu denique ad ipsas gentilium opiniones, quas sacra scriptura proponit. Primum eorum non excludendum plane videbitur ei, qui cogitauerit, quamplurima sacro codice contenta esse, quae nec rectae rationis aciem effugiunt; immo necessarium diuinae eius originis signum esse, ut quam minime huic refragetur. Si quid igitur rectius viderunt philosophi isti, id quod de multis eorum dubitari non potest; iure optimo iis ad similia sacrae scripturae effata explicanda aut confirmanda utimur. Eiusmodi sunt, quae de vno Deo, de prouidentia atque attributis diuinis, de corrupta hominum conditione etc. splendide satis docuerunt. Optima arma, quibus efronitum diuinae doctrinae irrisorum deliramenta retundere possumus, qui sacrorum doctorum praecepta ab omni ratione abhorreere nugantur. Attamen non temere nimium cumulanda sunt eiusmodi testimonia, minime omnium ad mysteria asserenda. Quod qui faciunt, non cogitant, multa in sublimioris disciplinae philosophis nescio quid reconditae sapientiae promittere, quae tamen non nisi obscuritate sua admirabilia sunt, aut, si verbis etiam cum sacris litteris optime conspirare videantur, accuratius ponderata et cum reliquis eorum placitis comparata, toto coelo diuersa deprehendantur. Sed si quaedam etiam vere cum sacra scriptura congruant, consensus ille nunquam tantus est, ut nullum intercedat discrimen; cum et leges diuinae omnia maiora exposcant, et doctrinae longe distinctiores foecundioresque sint propositae. Atque idem fere de rerum moralium nominibus tenendum, quae viri sancti in tradendis disciplinis suis non noua quidem hominibus obrulerunt, sed tamen profundiori ac foecundiori significatione praegnantia esse voluerunt, quam vlli philosophorum. Quare certissimus forte atque innocentissimus fructus is erit, qui cognoscendis religionis gentilium principiis percipitur, quo clarius omnia, quae eo referuntur in S. S. intelligantur.

§. XX.

§. XX.

Finem faciemus meditationibus nostris, si pauca de singulis verbis, quae illustrationem ex profanis vel desiderant, vel saltem patiuntur, addiderimus. Neque enim hic ad illos temere concedendum est, nisi etymi inuestigationem, aut rationem compositionis, aut subiecti cum praedicatione iudiciosam comparationem antea tentauerimus, vel certe cum iis combinemus: multo minus si comparatio plurium S. S. locorum, ubi eodem vox usurpata est, locum habet. Optima enim ea est illustratio, quae ex scriptoribus eadem aetate easdem res tractantibus petitur: quae posterior ratio cum etiam de LXX admitenda quodammodo sit; merito illi primi erunt consulendi, praesertim cum eorum verba a Scriptoribus N. T. plerumque sua facta esse notum sit. Quae si rite obseruentur, tribus iam ordinibus comprehendi possunt voces, ad quas profanorum afferendum auxilium.

§. XXI.

Primum eorum constituent voces ἀπαξλεγόμεναι vel rariores etiam occurrentes. Cum enim verborum vis ac potestas ex usu loquendi iis constituatur; ex pluribus exemplis, ubi adhibita sunt eadem, perspicitur necesse est: quae cum sacri codex praestare non possit in iis, quae vel semel vel non frequentes adhibet, omnino defectus iste ex aliis scriptoribus subleuandus est, nisi origine et natura vocis iuuemur; quae tamen remedia nonnunquam commode coniungi possunt, quale est illud παραδειγματίζειν, Matth. I. 19. Immo posterius vel in ipsis ἀπαξλεγόμεναι saepe vnicum superest, si simul sint singularia libris sacris, qualis est vox illa vexatissima ἐπιστολιος, quae teste Origene apud Colomes. in Obs. sacr. παρ' ἑδου των ἑλληνων εδε σαφων ἄνομασαι. Cum autem vna vox ex diuersa cum aliis coniunctione saepe aliam accipiat significationem; eo maius adhibendum est iudicium, quo minus S. Srae. parallelismo verbali finiri hic quidquam potest. Is itaque significatus ex plurimis collectis exemplis seligendus est, qui cum explicanda sententia quam amicissime conspirat: cui delectui habendo antiquarum versionum collatio non parum inferuiet.

§. XXII.

Proximas his locamus eas voces, quae nonnunquam ab usitata magis scriptoribus sacris significatione recedunt; cuius discriminis ex considerata integra sententia facile oriatur suspicio. Cuiusmodi est vox ἀεχαιος, quae Aët. XV. 7 decennii circiter elapsum spatium designat, alias utique de longaeuo tempore magis solemnis. Ita autem optime instituetur hoc exercitium, si eo vsque in vtramque partem colligantur exempla, dum in illam incidamus significationem, quae quasi mater reliquarum

rum possit: id quod ad vim cuiusque earum distinctius perspiciendam non parum momenti habet. In primis particularum varia potestas hac lance ponderanda erit, quae, quantum in definienda orationis sententia valeat, non facile dici potest.

§. XXIII.

Denique in hanc arenam sunt vocanda vocabula, quae a puritate graecae linguae abhorreere, aut peregrinos idiotismos redolere, iniusta accusatione contenderunt aliqui. Falleretur ille omnino, qui omnes locutiones ac significationes vocum ad Hebraeorum sermonem accedentes ex libris N. T. proscripserit, quae non minus ex vitae instituto et religione, qua a primis annis ad veteris instrumenti lectionem ducebantur Apostoli, veri similes redduntur, quam ipso facto comprobantur. Attamen cum a quibusdam earum numerus, praeter necessitatem et plus quam concedit veritas, auctus sit; non vanam praestant operam qui ex optimis graecis scriptoribus suae quamque vocem restituunt integritati, ad comprimendos illos, qui, Hebraismis non contenti, Latinitatem etiam, Chaldaeo-Syris, Rabbinismis, Persis, et nescio quos alios idiotismos novi foederis libris affinxerunt. Quae cum singularibus libris persecuti sint *Io. Conr. Schwarz*, De Hebraismo Scriptorum Sacr. *Christ. Sig. Georgius*, de Idiotismis N. T. immerito adfictis, item: de Chaldaeo-Syris, Rabbinismis et Persis Dictioni N. T. immerito adfictis, et alii; plura de iis addere bona lectorum cum venia super-sedemus,



Na 32.
g

vd 18

ULB Halle
005 367 468

3





17
SPECIMEN
OBSERVATIONUM

QUARVNDAM

AD
ILLVSTRATIONEM

EX PROFANIS

P E R T I N E N T I V

Q V O

VIRO MAGNIFICO

SVMME REVERENDO, EXCELLEN
DOCTISSIMO

SIGISMVNDO IAN
BAVMGARTE

S. S. THEOLOGIAE DOCTORI, PRO
ORDINARIO, SEMINARIИ THEOLOG.
ALVMNORVM REG. EPHORO, SOCIET. SCI
BEROLINENSIS SOCIO


PRAECEPTORI AC PATR
AETERNVM VENERANDO

NATALEM D

DEVOTISSIME GRATVLATV

I. D. HEILMAN.

D. XIII. MARTII M DCC XXXX



HALAE, LITTERIS GEBAVERIAN

